Jacobus dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone ac sancte Romane ecclesie vexillarius ammiratus et
Capitaneus generalis. fideli suo baiulo de Albaracino vel eius locum tenenti salutem et gratiam. Ex parte universitatis
et proborum hominum civitatis eiusdem fuit expositum coram nobis quod leudarii sive padagiarii dicti loci de Albaracino contra
dictam observanciam civibus et habitatoribus eiusdem privilegium franchitatis per nos eis noviter indultum in eorum grave
preiudicium et iniuria manifesta. Quare supplicatum fuit nobis ut super predictis dignaremur eisdem de competenti reme-
dio providere. Ideo ipsa supplicatione benigne admissa. Vobis dicimus et mandamus quatenus vocato nobili Jacobo de Xerica
qui dictum locum de Albaracino tenet per cavallarias a nobis seu eius procuratore si inveneritis dictum privilegium per nos con-
cessum civibus et habitatoribus eiusdem non redundare in diminucionem redditum quos ibi percipit pro dictis cavallariis
predictus nobilis memoratus dictum privilegium observetis et observari faciatis in dicto loco civibus et habitatoribus
predictis iuxta eius seriem et tenorem. Si vero dictum privilegium redundare inveneritis in diminucionem redditum predictorum
hoc nobis remittatis interclusum ut inde possimus dicto nobili et civibus ac habitatoribus predictis competens remedium
adhibere. Datum Barchinone. ii. kalendas marcii. Anno domini Mo. CCCo. xvi. Ex. A. D.

Arxiu Municipal de Girona